UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ, Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 3. De Causa materiali studendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48233

Visual Library

ſcientiarum addiſcendarum ſtudio abſtrahrere conſueſc.
Huc etiam pertinet, ut dum Theologiæ ſtudioſus operam
huic ſtudio vacat, aliis ſcientiis addiſcendis animum non
diſtrahat, ſed, ſi quidem, ut in quibusdam Academiis con-
ſuetudo habet, ſecundariam quandam lectionem audire
cogatur, ſecundarium quoque tempus eidem impendat.
Imò in ipſo etiam Theologiæ ſtudio caveat, ne multo-
rum Authorum curioſa Lectione minùs idoneum ſe faciat
ad ſuam ſententiam penetrandam; nam ut bene advertit Se-
neca ep. 45. qui, quò deſtinat, pervenire vult, unam ſe-
quatur viam, neceſſe eſt, non per multas vagetur; nam
contrarium non ire, ſed errare eſt. Certè longâ experien-
tiâ compertum eſt, eos diſcipulos præ reliquis profeciſſe,
qui ſolis ſuorum Profeſſorum ſcriptis contenti, in iis bene
penetrandis totam ſuam operam collocârunt; neque hoc ad-
eò mirum cuipiam videri debet cùm enim Divina providen-
tia hos eis Magiſtros aſſignârit, hoc ipſo etiam ſua auxilia
ad hos potiùs, quàm alios fructuosè audiendos alligabit.

§. III.

De Cauſa materiali Studii.

I. Etiam hæc cauſa latiùs accepta duplex eſt juxta com-
munem Philoſophorum opinionem, ſcilicet materia, in
quà recipitur forma, ſeu ex qua componitur compoſitum,
& materia, circa quam aliqua ſcientia verſatur. Unde fa-
cilè patet, cauſam materialem Studii eſſe ipſum intellectum,
in quo recipiuntur Speculationes Theologicæ. Materiam
verò circa quam eſſe omnes doctrinas in Theologia tradi ſo-
litas, circa has enim ritè penetrandas præcipuè occupatur
Speculatio Studioſorum Theologiæ.

II. Ex qua doctrina colligitur, animam ſeu intelle-
ctum Studioſi Theologiæ eſſe quaſi membranam aut papy-
rum, in qua Deus conceptus ſuos, quos de rebus creatis habet,
deſcribit, dum ad ſpeculationes varias de illis producendas
concurrit; unde ſequitur, quòd ſicut magnis Principibus
non niſi charta mundiſſima & tennerrima ad ſcribendum of-
fertur; ita DEO quoque anima puriſſima, tenerrimaque
conſcientiæ ad conceptus Theologicos in ea deſcribendos
offerri

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſerri debeat. Nam, ut ipſe Matt. 5. dixit, *beati munda corde, quoniam ipſi Deum videbunt.* Cui autem Deus ſe-ipſum non abſcondit, illum etiam creaturæ DEI non effu-giunt, uti rectè Caſſianus diſcurrit. Hinc meritò ſuadetur ſtudioſis, ut ante omnia puritatem animi crebra & religioſa ſacramentorum frequentatione, quotidianâ ac ſeria con-ſcientiæ diſcuſſione, omniumque peccatorum, & occaſionum fugâ procurare & conſervare ſtudeant, certò ſibi perſuaden-tes, quòd ut Salomon Sap. 1. dixit, *in malevolam animam non introibit Sapientia, nec habitabit in corpore ſubdito pec-catis.*

§. IV.

De cauſa formali Studii.

I. Cauſa formalis Studii alia non eſt, quàm ipſa ſpe-cificatio; hæc autem ſex potiſſimùm partes, ut rectè fiat, requirit, quas quidam memoriæ causâ ſequenti diſtycho comprehendit:

Scribe bene, auſculta, bene diſcute, quære, duella,
Multa nota prudens, ſic bene doctus eris.

Nam bona *ſcriptio* facilitat relectionem ſcriptorum. *Au-ſcultatio* erudit: *excuſſio* dubitandi rationes, & quærendi, reſpondendique materiam ſuggerit: *interrogatio* illuſtrat: *concertatio* induſtriam acuit, & profectum promovet juxta illud Cajetani dictum: *Circulus* (id eſt, concertatio in plu-rium concertantium circulo ſeu conventu fieri ſolita) *& ca-lamus*, (id eſt, crebra ſcriptio, quâ quis aliis doctrinas tradit, vel in ſuo ſtudiò ſe exercet) *fecerunt me doctum.* Porro ut tantò fuctuoſiùs hæ ſingulæ partes vel induſtriæ obſerven-tur, proderit breviter indicâſſe, quid circa ſingulas ſit ſpe-cialiter obſervandum.

II. Primo ergo *Scriptionem* quod attinet, hanc ordina-tam, accuratam, & integram eſſe oportet. *Ordinata* erit, ſi non confusè omnia ſcribantur, ſed debita intervalla inter titulos, concluſiones, objectiones, & reſponſiones obſer-ventur, ut paſſim in libris impreſſis videre eſt. *Accurata* erit, ſi interpunctiones, aliáque ad ortographiam pertinen-tia exactè obſerventur; quod niſi fiat, turbabitur ſenſus, &

fasti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN